

458.

Cod. CXCII. n. 5.

ex Episcopo Rosunensi aō 1247 Magister Ord.
Dominican: gntis fato funitus est aō 1257: /
Licet addere eundem esse Authorem Sumae
Confessionum, de qua diximus in Cod. XXV.

Cod. CXCII.

Chartae. Fol. loc. 15.

2
3.5.Alberti M.
Biblia Maria-
na.

1a-298

Alberti M. Biblia Mariana, in quibus
omnia fere, quae in sacris libris continen-
tur, B. V. Maria / superstitione discerit,
an ingeniose: / adaptantur. Initium ope-
ris est: "In principio creavit Deus Gen. 1^o
celum empyreum per quod intelligitur do-
mina mundi virgo maria". Cuius capi-
tulo praemittitur syllabus allegoriarum in
eo contentarum, s. g. Maria coelum, Maria
lux etc. In edit. Opp. Alberti M. Lugdun.
1651. Fol. post pag. 462 extat T. XX. De
authore huius operis dicit Quetif Script.
Ord. Praed. T. I. p. 177. "Tertium huius tomi
opus Biblia Mariana non recensetur inter
Alberti opera nec a Laurentio Signon, nec
a Valleoletano, nec quantum mihi sapit,
stylum redolet Alberti, eique abjicien-
dum etiam videtur: peribionem tamen
esto iudicium". Qui copiam habet consu-
lat de super Diarium Theolog. Synopsi:
Pampichler, Anno 1728. p. 561, et Fa-
brii Indiculum Marianum.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 192

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 459.

Cod. CXCII. n. 2.

459.

2

Antonii de Janua
Compendium figurarum
moralium.

34a-146b

Antonii de Janua Compendium figurarum
moralium. Prologus incipit: Religiosi
viris in Xto dilectis Studentibus Neapoli-
tani conventus ordinis heremithanum Scti
Augustini frater Antonius Janua ejusdem
Ordinis salutem in domino. Dilectioni
vestre postulata conferens metuo. In
hac ipsa prefatione sua opus suum vocat
compendium figurarum moralium ordinale,
phabeticis materias distinguens. Primum
capitulum tractat de abstinentia, quod in-
cipit: "Castigo corpus meum i Cor. 9. Non
est animal adeo indomitum." Incuria autli-
brarii, aut bibliotece ordinem libri ma-
ximam partem invertit.

Antonius de Janua Ord. Premit. S. Augu-
stini floruit 1418, ac in Concilio Constantiensi
contra Hussitas disputavit. Miratur Osiander
in gener. Bibl. August. p. 467. Antonium hujus
minus esse cognitum; ego vero quiro, quod
idem Osiander compendium figurarum mora-
lium attribuat tam Antonio nostro, quam
Rampegolo, qui etiam de Janua dictus
est, et videri potest apud eundem l. c.
p. 433.

Nota. Jam dudum solvuit mihi
quaedam predictorum authorum confusio,
illorumque, qua edidere, operum. Casu in-
veni in Freytagii Apparatu. Litter. T. II. p. 1107.
legi: ex quo perspexi titulos: Repertorium
Biblionum, Introductorium in Bibliam, au-
rea biblia, Directorium Biblie, Figure
Biblionum &c. unum, eundemque designare
librum; quibus jam addere liceat cum libro

460.

Cod. CXCII. n. 3.

Figurarum]. Cod. CLXII. n. 2. / nostrum Compendium figurarum moralium; nam quae ibi, dem ex prologo Libri manualis, ac introducto, ri in biblie historia figurarumque de Fey, tag producit, in nostro ad verbum usque le, gere potes. Unde et Antonium de Janua, et Antonium Rampogolum non duos, sed unum dicito scriptorem. Vide etiam Denis Ln, Supplementum j. 35. p. 150.

B

De laudibus
B. V. Mariae.

147a-161b

De laudibus B. V. Mariae. Titulum libri, prae-
tarsi et nomen stupida bibliopoliarum
scuit; quod reliquum est, sonat: "De XII.
proprietatibus celi caput primum." Initi-
um hujus capituli est: "Beata virgo compara-
tur celo, celum enim dicitur sic. Compa-
ratur enim B. Virgo aurora, soli, luna, thro-
no, colubro, elephanti &c. quemadmodum in
voluminoso opere De laudibus B. V. Mariae
Richardi a S. Laurentio Canonici Rothoma-
gensis, quod perperam Alberto M. adscrip-
tum inter opera ejus reperitur Tom. XX (sup.)
j. 651.]. Cuius operis lib. 7. 8. & 9. praesens
opusculum videtur esse compendium,
saltem quod spectat ad materiam; eadem
enim comparationes, quae in nostro breviter,
in illo furius exhibentur; unde illi non
inepte nomen de laudibus B. V. M. indi-
casse mihi videor. Galbinus in Bohemia do-
ctus, edit: Ungar. part. 3. p. 114. Sinoxesius,
eodem argumenti memorat tractatus, poste-
rioremque suspicatur Jacobi de Volagine.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 192

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27529

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER - Online manuscript description \(HMML\)](#)